



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Actus Contritionis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

*Actus virtuosi ab infirmis exercendi,  
quibus se ad mortem dispo-  
nant.*

TITUL. II.

Principales sunt hi septem : actus contritionis, res-  
ignationis, fidei, Spei charitatis, invocationis, & desi-  
derii videndi Deum.

*Actus Contritionis.*

Primò, doleo, quod offenderim te Dominum  
Iesum Christum, non propter ea, quæ a te sperare  
non mere possunt; sed quia in te ipso es infinita bonitas,  
pulchritudo æternâ, dulcedo inæstimabilis, infinitè  
amabilis, admirabilis, desiderabilis.

*Varie for-  
mula. Actus  
Contritionis.*

Secundò, me peccasse doleo, O æterne Deus meus,  
& non propter aliam causam aut motiuum, quam pro-  
prietatem tuam, quia te summum meum bonum  
peccatis meis offendi, & ad iram provocavi.

Tertiò, displicet mihi ex toto corde, quod sanctam  
tuam legem prævaricatus sim, Tibique utpotè infinitæ  
bonitatis infinito amore dignæ magnam dederim displi-  
cencie causam.

Quartò, vellem & optarem me non offendisse Te  
dulcissimum Iesum, Creatorem & Redemptorem meum,  
qui te offendendo, tibi quoque, cui toto cordis affectu  
obediendum erat, inobediens extiti.

Quintò, odio prosequor omne & quodcumque pec-  
catum, in quantum est aversio à Deo, ultimo meo & su-  
pernaturali fine, ad quem creatus fui.

Sextò, abominor omnia & singula peccata præterita,  
quæ causa feci iniuriam Deo meo, idque  
meum omne debitum & rationem, juxta quam plus  
debetur amare Deum propter infinitam ejus bonitatē,  
quam omnem aliam creaturam.

G Septimò,

ACTUS  
CONTRITIONIS





Septimò, detestor cuncta peccata commissa, propter pœnas Inferni duntaxat, & propter turba-  
qua inficiunt animam meam; sed potius, quia iniurio,  
sio, injuria & offensa Dei mei, & ubi deficeret cogi-  
ta motiva, propter hoc ultimum solum peccatum  
ac doleo me offendisse Deum meum.

Octavò, *Domine, peccavi, miserere mei, peccasse. Cupio emendare, quod feci. Deus propiti-  
mibi peccatori. Tibi soli peccavi, & malum coram  
Peccavi, & malum coram te feci. Iam nunc  
vocari filius tuus.*

### Actus Resignationis.

*Modi se re-  
signandi  
Divina  
voluntati.*

Primò, totum me resigno & commendo  
Dei, ordinet de me juxta sanctissimam suam voluntatem  
quodcunque sibi placuerit.

Secundò, in omnibus, & in morte, &  
me resigno Divinae voluntati; ut de me disponat  
majorem suam gloriam, & ad bonum spirituum  
mea.

Tertiò, nec mortem, nec vitam desidero  
vivere, nec mori cupio; sed solum purum beneplacitum  
Dei.

Quartò, Tibi, Domine, offero hanc resigna-  
tionem simul cum eâ, quam fecit S. Paulus  
stolus, dicendo: *Ecce me Domine, quid vis me  
& multò magis cum resignatione sanctissimam  
tuæ, quando dixit: Ecce Ancilla Domini, sicut  
cundum verbum tuum.*

Quintò, Tu solus, O Deus meus, es primus  
infallibilis, & summa rectitudo in omnibus rebus  
non decipis nos, nec decipere potes; quamobrem  
propria me exeo voluntate & sententia, & pro  
sentio idem planè, quod tu vis ac sentis in  
rebus.

Sextò, solus Deus novit media prædestinationis  
ergò meum non est eligere hæc aut illa, vitam aut  
mortem; sed omnia, quæcunque; è manu Dei prædestinationis  
prædestinationis meæ acceptare debeo.